



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev
Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum**

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Quod triplex poena est sacrilegorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29941

TRACTATVS

irreuerenter & superstitiose baptisan-
tium imagines & reliquias sanctorum.

Quod triplex pena est sacri-
legorum.

Sed quę pena sit phitōnum sacrile-
gorū ponit sanctus Thomas eodem
libro & questione suprānominalis.
ar.iiii. Et est triplex . aliquando excom-
municatio . aliquando pecuniaria pena :
aliquando decapitatio. Hoc intellige se-
cūdum gradus diuersos sacrilegii : vnde
secūdum eūdem doctorem excomunica-
tione vel pena pecuniaria debent simi-
les arceri à talibus nephantidis operibus
& in quo quis peccat per ea torqueatur:
vt dicitur Sapientię.xi. & hoc modo cō
ueniens pena sacrilegi qui sacrī iuiuri-
am infert est excommunicatio per quam à
sacrī arcetur : & quia pēnę quasi medi-
cinę quedam infligūtur: vt his territi ho-
mines à peccato desistant. Sacrilegus au-

tem qui sacra non veretur non sufficien-
ter videtur à peccato arceri per hoc
quod sacra ei interdicuntur. de quibus
non curat. Et ideo secundum leges huma-
nas adhibetur pena capitalis. secundum
vero Ecclesiæ instituta quæ mortem cor-
poralem non infligunt: adhibetur pena
pecuniaria ut saltem penis temporalibus
homines à sacrilegiis reuocentur.

Quod illi submersores imaginum
& reliquiarum tentant Deum: &
quid sit tentare Deum.

DEINDE dicendum est qualiter isti
tentant Deum in suo actu: di-
centes submergatur bæti Petri
imago si nobis apud Deum pluuiam in
eminenti necessitate non impetraverit.
Pro quo notandum est quod ut dicit Tho-
mas.ii.ii.q.xcvii, per totū. Deum tentat
qui experimentū sumit seu explorat per
sua verba vel facta de dei potētia: sapiētia